



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. XXXIX. Eius erga inimicos charitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

cernitur , per se construeret , per se  
quoque inibi pauperum pedes , do-  
minicæ i. titutionis minister & cu-  
stos , fréquenter ablueret , ac num-  
mos distribuēdō singulis misericor-  
diæ opus impenderet paternum cir-  
ca eos affectum gerens per omnia , ita  
vt cum beato Job veraciter loquere-  
tur affectu : Pater eram pauperum , & <sup>Job. 29.</sup>  
cor viduæ consolatus sum . Item : Si come-  
di buccellam meam solus , & non comedit <sup>ib. 31.</sup>  
pupillus ex ea , quia ab infantia mecum  
crevit miseratio , & de utero matris meæ  
egressa est mecum . Dispersit enim omnia <sup>Psal. lxx.</sup>  
& dedit pauperibus , vt iustitia eius ma-  
neat in sæculum sæculi , & cornu eius ex-  
altetur in gloria .

## C A P. XXXIX.

Eius erga inimicos charitas .

**E**vangelici etiam præcepti non-<sup>Mat. 5.</sup>  
segnis imitator , inimicos miræ  
innocentiaz puritate diligebat , o-  
mnesq; obtrectatorū iniurias fortif-  
fimus .

64 GODEFRIDI COMITIS

simus patientiæ custos magnanima  
æ quanimitate sufferebat. Recolo  
quoque verbum bonum, quod  
quodam familiarium nostrorum,  
qui optime nouerat sanctum virum  
inhunc modum latus accepit: Vere,  
inquit frater, quid amplius tibi dicā?

Mat. 7. Vir de quo agis, fundatus erat supra  
firmam petram.

CAP. XL.

*Virtus.*

*Cassianus coll.  
12.c.12.*

*Psal 71.*

**Q**uis ordo fidelium ampliora his  
virtutibus expetat miracula, ci-  
hæc ipsa sint tam admirandæ sancti-  
tatis insignia? illa nimirum sunt diui-  
næ operationis prodigia, quæ cum  
reprobis non possunt haberi com-  
munia, & de quibus Propheta  
gratulatur dicens: Tu es  
Deus qui facis mi-  
rabilia.

CAP.